



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et  
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

**Engelhard, Johann Martin**

**Moguntiae, 1700**

Titvlvs XLVII. De Purificatione post partum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63255)



## TITVLVS XLVII.

De

## Purificatione post partum.

**Q**UÆRES. Cur sit introducta mulierum purificatio? Respond. Ad obtinendam munditiam quam per partum amiserunt. Lege enim Mosaicâ mulier post partum iudicabatur immunda, atque propterea si masculum peperisset 40. si foeminam 80. diebus ab ingressu templi abstinere iubebatur; quo tempore lapsa, & factâ oblatione debentâ, purificata & digna introitu ecclesiæ censebatur. hæc autem purificatio hodie Consilii est, non precepti *cap. un. 6. b. l.*

## TITVLVS XLVIII.

De

## Ecclesiis Ædificandis vel reparandis.

**Q**UÆRES I. An indistinctè cuius liceat ecclesias propriâ auctoritate ædificare? Respond. Negat. Nam licet bonum & meritum opus sit, ecclesias in honorem Dei & SS. ædificare, earum tamen ædificatio non nisi sub certis conditionibus permittitur, quarum prima est ut fiat auctoritate Episcopi, qui vel per se vel per Vicarium, locum ædificandæ ecclesiæ publicè designabit, & collocatâ ibidem cruce primum lapidem in fundamento ponet. *Barbos. de off. episc. alleg. 26. num. 1.*

Secun.